Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

interra. a bello exordiū suū sumpserunt. et ab
illo qui est pater omnium rerum acceperunt.
ut patres alios vocarem. Det det vobis secun
dum divitias gloriae suae virtute corroborari per
spiritum eius in interiore homine habitare christum
per fidem in cordibus vestris. Idcirco inquit flec
to genua mea ad patrem domini nostri. ut ipse
det vobis virtutem secundum largitatem gloriae suae.
et secundum habundantiam gloriae suae. ut sitis corro
borati in fide. ut possitis christum per fidem habitare
in interiore homine. hoc est in cordibus vestris.
Licet enim dominus omnipotens per potentiam divinitatis
suae ubique sit. tamen in nullis specialiter dicitur
habitare qui fidem eius habent. In caritate ra
dicati et fundati ut possitis comprehendere
in vobismetipsis cum omnibus sanctis. quae sit la
titudo. longitudo. sublimitas et profundum.
Ex superioribus ista pendent. ideo submitto
etiam sensum cordis mei addens. ut sitis radicati
in caritate. sicut arbor plantata. radicitus
firmata in terra ut humorem habeat. et aeremo
facile non eradicetur. Et non solum radicati sed
fundati in ipsa caritate quasi per solidissimam
petram. ut possitis comprehendere quae sit lati
tudo caritatis. Latitudo caritatis est qua
diligitur dominus. et non solum amicus sed etiam inimicus.
De quo mandato dicit psalmista. Latum
mandatum tuum nimis. Longitudo caritatis
est perseverantia in bonis operibus. Longani
mitas etiam sive longitudo caritatis est ab
initio fidei. usque ad finem spei. idest dum per
venimus ad illud ut quomodo nec teneamus
in spe. nec possideamus in re. patienter
propter amorem aduersa huius seculi tolerare.

Sublimitas sive altitudo caritatis est. ut per
omnibus nostris bonis operibus. tam platitudine
caritatis quam per patientiam longanimitatem et
perseverantiam in bonis operibus. Sublimitatem
patriae celestis quaeramus. spantes nos adeo re
muneratos. Profundum quod sive occultum caritatis
est. ut omnia bona quae habemus de occulto dono
domini et inspiratione nobis venire credamus.
Haec omnia in cruce christi possunt comprehendi.
Scire etiam super eminentem scientiam caritatem
christi. det vobis etiam scire et intellegere ca
ritatem christi super eminentem scientiam humanam.
hoc est ut det vobis scientiam. quantum possitis
et intellegere quanta sit caritas christi qui
pro nobis mortuus est quae caritas transcendit
et excedit omnem scientiam humanam. non solum
humanam sed etiam divinam quam hominibus largitur.
Et quomodo possumus illam scire supeminentem sci
entiam quae hominibus tributum. Hoc debemus scire.
quia ignoramus illam. Quis enim hominum morta
lium valet comprehendere quanta caritas sunt
in deo patre. qui pro nobis unicum filium non solum in
carnari. sed etiam mori permisit. Sequitur.
Ut impleamini in omnem plenitudinem dei.
Idcirco inquit exoro vos scire caritatem christi.
ut impleamini virtutibus. et mereamini an
numerari in numero fidelium. ex quibus contu
dit corpus christi impletur. Et autem quia potens est
omnia facere super habundantiam quam petimus
aut intellegimus secundum virtutem quae ope
ratur in nobis. ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu.
in omnis generationes seculi seculorum. Et autem id
est dicit patri quia potens est omnia facere. quae nobis
necessaria sunt. super habundantiam quam peti